



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De dicto Ioannis, Ex nobis exiérunt Antichristi, sed non erant ex nobis. tit.  
210

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

488 SVMMA DOCTRINI CHRISTI.

alios etiam trahunt in interitum, & sequentes tales  
solicitatores, sunt in duplo filij gehennæ. Semper  
quia recedunt à corpore & unitate Ecclesiæ, ad quin  
baptizati sunt, i. Cor. 12, & per communionem vnum  
corpus & sanguis effecti. Secundo, quia perficiunt &  
faciunt peccatum errorū, at inquiunt: Nos redit  
dimus & docemus.

DE DICTO IOANNIS, EX  
nobis exierunt Antichristi, sed  
non erant ex nobis.

TITVLVS CCX.

**A**Postolus i. Ioan. 2. inquit: Antichristus  
iam venit in mundum, & multi sunt An-  
tichristi. & primò, Antichristus est qui  
negat, quoniam Iesus est Christus, id est  
Deus & homo, id est, saluator mundi &  
Messias, & sic omnes ludæi, Tyranni, gentes, sunt An-  
tichristi, contra fidem Christi, i. Corin. i. Iudeis enim  
fides Christiana scandalum, sed gentibus stultitia. Se-  
cundo, Antichristi sunt omnes hæretici & sectæ, quia  
exierunt à nobis, id est, sciderunt unitatem & vinculum  
ouile Christi, Ioan. 10. sed non erant ex electis omnibus  
Dei. Si enim tales fuissent, vtiq; nobiscum, in unitate  
mansissent. Omnis ergo qui negat Christū, aut extra  
unitatem exierit, Antichristus est, & sic sunt multi  
Antichristi.

Secundo, Augustinus super Epistolam Ioan. tract.  
3. Cùm omnis hæreticus confitetur Iesum esse Christum,  
credere se dicit verbo & Euangelio Christi, do-  
cet, baptizat, &c. Quare ex Arrio, Macedonio, Dona-  
to, Manichæo, Vulgæffo, Hussio, Vualdone, an-  
dant Iesum esse Christum? Omnes dicunt illum talem  
esse, & dulciter prædicant Euangelium, & semper  
ore habent verbum Dei, Christum, Euangelium, gta-  
tiam,

dam, &c. ergo tales nō sunt Antichristi hæretici, nec  
sunt ab unitate, &c. Respondeo, August. confiten-  
tur hoc hæretici, quod & nos, q̄s negat? sed nō opor-  
tentendere ad linguam & verba, si vis cognoscere  
hæreticum Antichristum, sed ad facta, opera & vitā,  
Mat. 7. Ex fructibus arbor cognoscitur. Omnes vno  
in hæretici cum Catholicis confitentur Christum,  
sed tu respice ad facta, non ad linguam. Sic concor-  
dant lingua & facta, non sunt Antichristi vel hæreti-  
ci. Sin autem, tunc in hoc sunt tibi manifesti, & tales  
de quibus dicit Apostolus, Tit. i. Confitentur se ore  
suum esse Deum, factis autem negant. At inquires: Forte  
sunt meliores vitæ, quam Catholici, non fornicato-  
res, viuarior, orant, dant eleemosynas, &c. Respōdeo,  
Augustini. Respice ad potissimum opus & maximum,  
quod omnibus alijs operibus bonis anteponitur, id  
est, charitatem & unitatem: si illam non scindunt &  
separant, nō sunt tales: sin autem, sunt veri Antichri-  
sti. Execunt à nobis, & hinc dicit Apostolus i. Cor. 13.  
Si habuerō omnem fidem, &c. Ad hanc scissuram at-  
tende, & non ad verba hæreticorum. Est enim dam-  
nable facinus, sectarium esse, Galat. 5. Sectæ regnum  
Dei non possidebunt. In hoc ergo quod scindunt  
unitatem, execunt à nobis.

Tertio, sed non erat ex nobis, id est, ex electis Dei.  
Hæc est dura sententia, quod omnes sectarij non sunt  
ex electis Dei, id est, qui maximè scienter errant: au-  
diunt enim yniuersalem Ecclesiam contradicentem  
sibi, quā audire deberent, Mat. 18. At illi contemnunt  
omnia ex mero odio & inuidia contra Catholicos.  
Ideo in illis contumacibus Hæresiarchis videtur esse  
verum, quod nō sunt ex numero electorum Dei. Ideo  
permittuntur ad aliquod tempus turbare catholicos  
ad illorum coronā, sed nouit Dominus qui sunt eius  
2. Timoth. 2. qui etiam reliquit sibi septem millia vi-  
torum, qui non adorabant Baal, 3. Reg. 19. Non penes  
solam

490 SVMMA DOCTR. CHRIST.

solum igitur linguam agnosces Antichristum, sed &  
tiùs circa facta, quia omnes laborant pro scissim &  
sua adhærentia.

**AN ESSE CATHOLICVM IN**  
*animo, & in externis moribus secta-*  
*rum, sese compatiuntur.*

**TITVLVS CCXI.**

**M**VLtorum opinio est, qui dicunt: Tem-  
plum Dei est animus meus, & non cor-  
pus meum. Deus non curat opera cat-  
olis, modò animus sit pius, & sic volunt  
esse catholici fide, & voce Ecclesie me-  
bra: etiam communicant sub vna specie, audiunt lec-  
tones catholicorum, &c. attramen corpore comedunt  
sine scrupulo conscientiae carnes tempore catholicis  
in consueto, diebus festiuis permittunt laborare, non  
seruant ieiunia quatuor temporum, nec alia, &c. In-  
trant Ecclesias sectariorum, ad nuptias ducunt spon-  
tas hæreticas, raro aut nunquam confitentur. Sum-  
ma, hæc omnia dicunt esse externa, & fieri proprieti-  
tatem conuersationem. Deum illa non curare, &cet.  
Summa, sunt discipuli Nicodemi carnales, & habent  
druisam fidem.

Secundò, illi notantur Daniel. 2. in statua, vbi pes  
vnum ferreus, alter luteus. Sic illi volunt videri-  
rei, id est, cōstantes catholici, attamen sunt lutei, car-  
nales, sectæ adhæsores, & voluptatum amatores, &c.  
Nam comedunt carnes vel ex voluptate, contempn-  
aut parcitate, quia caro non tanti emitur quanti pli-  
scis. Sed vtrū tales causæ excusent, viderint ipsi: cer-  
tè voluptas carnis non excusat, quia comedulationes  
& ebrietates priuant regno Dei, Gala. 5. Non contem-  
pus præcepti, sic enim Adam expellitur de Paradiso,  
Gen. 3. Non paupertas quando aliás in ludo, aut po-  
digioso conuiuio yno die plus consumis, & depa-  
perans;